



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

7 Affabilem & benignum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

## SIGNVM VII.

## AFFABILEM ESSE.

*Affabilem  
esse.*

**C**ONVENIT Magistratibus, qui se chari  
vniuersis esse cupiunt, faciles aditus habere,  
multa signa benignitatis ostendere homines nominatim appellare, dare signa laetitiae, cum eos in felicitate versari vident, & contra praese ferre moestitiam, cum incommode vexatos animaduertunt, nec non beneficiorum gratiam ipsis referre. Hinc S. Ambrosius 2. de officiis 7. ait: Placiditate mentis & animi benignitate influamus in affectum hominum. Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilque quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si mansuetudine morum ac facilitate animi, moderatione praeepti & affabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque sermonum vice modestiaeque adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solum in priuatis, sed etiam in ipsis Regibus, quantum facilitas blandae affabilitatis profuerit, aut superbia verborumque obfuerit tumor, ut regna ipsa labefactaret, & potestatem solueret. Iam si quis consilio, usu, ministerio, officijs populari comprehendat gratiam, aut si quis periculum suum pro vniuersa plebe offerat, non est dubium, quod tantum charitatis a plebe in eum transfundatur, ut populus salutem eius & gratiam sibi praeferat.

*Vide signum  
10.*

1. *Artaxerxes* Cyri frater, cognomento Memor, non solum seipsum affabilem praebuit volentibus, verum etiam uxorem iussit sublatis currus aulae vehi, ut ijs, qui eam conuentam vellent,

vellent, etiam in itinere pateret aditus. Plut. in apoph. Regum.

2. Apud Romanos Tribunitiæ domus fores non interdiu, nõ item noctu occludebantur, ceu portus quidam ac refugium celebre, quo indigentibus semper & facillè pateret aditus. Cæli. li. 8. antiq. lect. c. 1.

3. *Augustus Casar* adeuntium desideria tanta comitate excipiebat, vt quendam ioco corripere, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephantò stipem, (timidè.) Suet.

4. *Marcus Barbadius Venetorum Dux*, ne obcurarum multitudinem minus ad se aditus inopibus pateret, voluit, vt omnium qui audiri velent nomina in fortem octauo quoque die conijcerentur, atque ita quorum nomina primò e ducta essent, illi ad suum tribunal prius aditum haberent. Quo factum est, vt neque ambitio, neque gratia inopiæ obstaret, neque spes illius ad eundi cuiquam adimeretur. Sabell. libr. 3. dec. 4.

5. *Franciscus Sfortia* Mediolanensium Dux, in publica constitutus audientia, exteros & infimos quosque primò omnium summa humanitate & clementia audire solebat. Pont. c. 15. de beneficentia.

6. *Alphonsus*, Alphonsi iunioris Calabriae Ducis auus, hac vna re potissimum benevolentiam hominum sibi conciliauit, quòd neminem patiebatur tristem à se abire. Pont. de principe.

7. *M. Aurelius Imp.* à Fulvio Senatore scommate notatus seu reprehensus, quòd nimia familiaritate erga omnes auctoritatem Imperatoriam parum tueretur, coram Senatu prolixam orationem

nem habuit, qua ostendit plurimum obesse principibus morositatem & austeritatem, prode comitatem, operamq; iisdem dandam, vt viuere beatant, qui Deos pro ipsis precetur, mortui à quibus celebrentur. *ideo*, inter cetera ait, *me omnibus* do, vt omnes se mihi dent. Piscator fluuiatilis, diuersos in flumine pisces capiat, non vno solum cibi genere vitur. animi auari & inexplebilis corda sibi claudi susq; deq; ferunt, dum arce aperiantur: at viri generosi & præpotentes arce sibi pecuniarum claudi paruipendunt, dum modica in amicis inueniant aperta. Princeps benigna ergo suos conuersatione tanta que est singulos comitate & affabilitate vtatur, vt singulorum conuersationis suauitate abundè sibi satisfacti singuli censeant. Salarijs enim Principes obsequantur tantum ministrorum compensant, benignis autem verbis illorum etiam animos furtim sibi conciliant. Experientia docet, plerosque emptorum in taberna aliqua emere malle, cuius institor est affabilis, quam minoris in alia, cuius mercator morosus est. Tarquinius vltimus inter 7. primos Rom. Reges ingratiſſimus aduersus socerum fuit, proditor patriæ, & Lucretiæ violator, & nomen non ingratus, proditor, adulter, sed Tarquinius Superbus fuit cognominatus, ob solam morositatem. Iulius Cæsar vltimus Dictator, & primus Imperator, cum laudabilis esset consuetudo, vt Imperatorem Senatores genibus nixi saluarent, & Imperator ipsis habita dignitatis cuiusque ratione assurgeret, quoniam per arrogantiam illum seruari noluit, 23. vulneribus confossus vitam perdidit. Sicut medici paulularum rhabarbaro multos expurgant humores corporum

*Vide Horologium Principum.*

*Quid. Dexter a precipue capit indulgentia mentes.*

*Laert. Qui tuò regna ve volunt, benenolentia, non armis, stipari studeant. Dedecum & detrimentum pedisseque superbia.*

ris, sic minima principis beneuolentia plurimas tollit ex cordibus subditorum vomicas. Princeps cærenas auferens à pedibus victorum, cordibus eas iniicit subditorum.

8. Cicero in lib. de petitione consulatus, hac potissimum via ad honores & magistratus conscendi affirmat, si, qui eos appetit, fauorem sibi beneuolentiamque conciliet.

9. Qui Absolon beneuolentia sibi animos subditorum deuincire voluerit, lege 2. Reg. 15.

Breuitè comitas necessaria est ad referendâ bene meritis gratiam, ad parandam gratiam, ad parandos aduersarum rerum socios. Est quoque humilitas beneuolentiæ conciliatrix egregia, vide de humanitate & humil. nec nō Triumphum virtutum.

## SIGNVM VIII.

AFFECTVS SVOS ETIAM IN RE-  
bus licitis coercere, atque adeo nullum  
iis locum dare. *Affectus  
frenare.*

v. S. Ambros. li. 1. de S. Iacob & vita beata, agens de passionum compressione, c. 1. ait: Qui (Dauid) cupiditatem, qua concupierat aquam de lacu Bethleem hostili interclusam exercitu sibi auferre non potuit, potuit mitigare. Nam cum alijs utique defuisse non inueniamus, id est, tanto exercitus numero, cum utique multo minus Regi deesse potuerit ex cæteris fontibus aqua, irrationabile quandâ concupiscentiâ passus, desiderauit eâ quæ hostiū erat circūfusione vallata, vnde sine maximo periculo non potuisset deferri. itaq; ait: Quis